



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

60. De Iudæis aliquot multis, qui ob sacras hostias cultro ab ipsis punctas Presburgi in Vngaria fulmine tacti, vnà cùm domo tribus tantum effugientibus sunt exusti, sacris hostiis ab igne non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

us ei incineratus fertur. In eodem autem loco
hodie multa fiunt miracula.

*Ex scripto, Anno 1391. Viennæ Austriae germanicè ty-
pis expresso, & in latinum conuerso, aliud non
dissimile, imò horribilius exemplum, de Iudæis
aliquot multis, qui ob sacras hostias cultro ab ipsis
pau. Fas, eodem anno Presburgi in Vngaria fulmine
tacti, vnâ cum domo, tribus tantum effugientibus
sunt exusti, sacris hostijs ab igne non attactis.*

CAP. LX.

Anno recuperatæ salutis. M. D. XCI. ipsis
Callendis Septembris Pragæ in Bohemia,
Iudæus quidam Leo nomine, multarum lin-
guarum, & in primis Hæbraicæ, Græcæ, & La-
tinæ peritissimus, ad fidem Christianam con-
uersus, ac Christum crucifixum verum Mes-
siam, humani generis redemptorem atq; ser-
uatore confessus, sacrum baptismum suscep-
sit. Qui quidem iam professione Christianus
Pragæ in Minorum, vt vocant, monasterio, in
D. Petri Rodani se familiaritatem ingressit, cu-
ius muneris erat, ægotantibus Christianis ex-
tremum & salutare corporis Christi porrigere
viaticum: Quare diligenter attendens, quo lo-
co sacra conderentur hostiæ, tres ex iisdem
chartæ inuolutas furtim abripuit, atq; Presbur-
gum in Hungariam profectus, non sine prodi-
tionis suspitione, ad Iudæum quendam diuertit.
Inter illos igitur quæstione aliquando de
Messiæ incarnatione, ac Venerabilis Sacra-
menti

menti mysterio orta, hospes ex Leone ecceter
 baptizato quærit, num aliquando sacram Eue-
 charistiam inter Christianos connumeratus
 sumpserit? Qui quidem non modò se aliquo-
 ties eam sumpsisse, sed etiam apud se referua-
 uatas tres hostias à Christianis consecratas ha-
 bere, exposuit: ex quib⁹ hospiti suo duas non in-
 uitus relinquens, ipse Nickosburgum profe-
 ctus Iudæis est, quibus hospes rei ordinem a-
 peruit, visum, ut pluribus Iudæorum conuo-
 catis, num aliqua Christianorum Sacramentis
 & mysterijs fraus ac dolus inesset, palam pro-
 baretur: Post multas consultationes inter con-
 uocatos habitas, tandem, horret animus dice-
 re, quidam ex ijs in hæc blasphemias voce-
 rumpens: Si Christianorum Deus es, id signo
 aliquo ostende, utramq; hostiam mensæ im-
 positâ cultro apposito transixit, ex qua quidẽ
 punctura sanguis ad eò copiosus per mensâ ef-
 fluxit, ut oēs in summam admirationem rapere-
 tur, & attoniti staret. Ob tã abominandũ & hor-
 ribile facinus Deus grauissimè offensus, domũ,
 in qua flagitiũ commissum, fulmine de celo teri-
 git, ipsamq; vnã cũ hospite, ipsius vxore, duo-
 bus liberis, omnibusq; ceteris Iudæis, tribus ta-
 tũ effugietibus, vindictæ igne ita exussit, ut ta-
 mē neq; mensa, neq; hostia vlla incendijs indi-
 cia darēt. prefectus vr̄bis, extra ciuitatis pomē-
 ria arcẽ presidio tenēs, tanto cõspecto incendio,
 famulos ad idẽ restinguendũ mittēs, à ciuib⁹
 pet



per eosdē rescivit incēdij originē ignorari, nisi quod in exustis adibus Iudeos aliquot, ciuibus ignorātib⁹ in quē surē, cōgregatos, omnes exceptis tribus, igne consumptos constaret.

Qui periculo exemptos summa dilligentia conquirens ex comprehensis diu nihil exprimerē potuit: sed quia eosdem quāstionibus memere nō desinebat, vnus ex ijs, rem vt gesta erat, sine fūco aperuit. Hac narratione Præfectus omninō territus, hosce tres Iudeos pariter in carcerem conijci iubet, ac cū suis, quibus supplicij generibus tam sceleratos homines afficiat, deliberat. Tandem placuit, vt prima die viuis magna ex parte cutis detraheretur, sequenti verō pedes in feruida pice coquerentur, ac tertia demum die palis perforati ad regias vias alijs in exemplum exponerentur: quod & eo modo ac ordine factum est.

Faxit Deus, vt huiusmodi exemplis Christianę professionis homines hoc tam exulcerato sæculo moueātur, vt & pura consciētia hūc animæ cibū capit, & vitā & moribus cū maxima animi gratitudine, summo honore afficiāt; ne, si secundem contēptim habeamus, inde grauius damnemur, vnde non minimum salutis nostrę momentum dependere videtur.

R. D. Ioannes Dantius Ecclesie Resensis Decanus, vir doctrina & pietate insignis, superioribus diebus ad nos perscripsit historiam in primis memorabilem, quę tamen vnā cum precedentibus, atque

ea,

peritineant, non inconcinne tamen, (quia heretici
ea, quæ supra cap. 56. habetur, ad librum primum
acciderunt) huic libro eas inseri posse in gratiam
lectoris, existimauimus.

Epistola D. Ioannis Dantij, Decani Resensis
ad Bredenbachium

Salue in Christo præstantissime D. Do-
ctor, amice integerrime. Salue quantum
velis, & quoties R. T. recordor: recordor au-
tem ferè quoditæ maxime cum in oculis ma-
nusque incurrunt lucubrationes seu patetis
optimi, seu vestræ. Ago semel immensas gra-
tias D. Doctori, quod hætenus nihil quod
sciam, prælo commiserit, cuius non exemplum
aliquod communicauerit suo Dantio. Latus
nunc & audis exspecto miraculosas illas &
æterna memoria dignas, ex optimis quibusq;
scriptoribus collectas historias, quibus Deus
omnipotens sua sacrosancta mysteria, charis-
simam matrem, &c. honorare, suisque electis
commendare dignatus est. Cõtuli, aliquoties
de materiæ præstantia & dignitate cum pio
sacerdote D. Iacobo Phirenio: qui non ita pri-
dem ostensis literis nostri Bredenbachij signi-
ficauit, illum peculiarem locum referuasse
τοῖς παραλαπομῖναις. Itaque facere non potui,
quin R. T. insigne miraculum, & per Gel-
driam, Cliuiam, Hollandiam, finitimisq; po-
pulos notissimum, quodq; ex patris Nouis-
magensibus apud Calcariam exsulantibus in-
falli-



fallibiliter cognouimus, de quo non minus dubitandum, quàm de subitanea morte Ananix & Sapphiræ apud Lucam, cōmunicarem. Quod si tempestiuè satis ad vos perferri contingat, & T. R. dignū iudicet, cui locus saltem curremus in opere concedatur, poterit illud T. R. quoad phrasin attinet, non nihil mutare, & re eadem permanente suo stylo vestire. Nos enim historiam ab ipso D. Antonio vernaculo sermone scriptam ad verbū propemodum in latinum conuertimus, idq; ex tempore. His paucis T. R. Christo *Φιλανθρώπου* æternum commendatam cupimus. Alias copiosius. Salutant te officiosè fratres vnà cum sorore. Vale prædilecte D. Bredenbachi. Subitò Rescæ, 17. die Iulij, anno M. D. LXX XIII.

Præst. R. T.

ad quæuis obsequia paratiss.

Io. Dantias E. R. D.

Memorabilis historia de quodam heretico in SS. Eucharistiam blasphemio, eiusque horrendo interitu.

CAP. LXI.

ANno Dominicæ Incarnationis 1561. antequàm Geusicus furor effrenatius eruperet, non minus horrendum quàm memorabile signum circa venerabilem Eucharistiã edidit Deus Opt. Max. Nouiomagi ad VVahallim fluiuium, quæ ciuitas in ducatu Geldrig & antiquitate & populi frequentia & mercimonijs

N n

monijs